Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

37. De Frenis Et Calcaribvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

Visual Library

Magiſtri, vel poſt eum Procuratoris res ſe habeat.

37. *DE FRENIS ET CALCARIBVS.*

Nolumus, vt omnino aurum vel argentum, quæ ſunt diuitiæ peculiares, in frenis & pectoralibus, nec calcaribus, vel in ſtreuis vnquam appareant, nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si verò charitatiuè talia vetera inſtrumenta data fuerint, aurum vel argentũ taliter coloretur, ne ſplendidus color vel decor cæteris arrogantia videatur. Si noua data fuerint, Magiſter de talibus quod voluerit faciat.

38. *TEGIMEN IN HASTIS ET CLYpeis non habeatur.*

Tegimen autem in clypeis & haſtis, & furellis in lanceis non habeatur, quia hoc non proficuum, imò damnum nobis omnibus intelligitur.

39. *DE LICENTIA MAGISTRI.*

Licet Magiſtro cuiquam dare equos vel arma, vel quamlibet rem cuilibet dare.

40. *DE MALA ET SACCO.*

Sacculus & mala cum firmatura non conceduntur: ſic exponentur, ne habeant abſque Magiſtri licẽtia, vel cui creduntur domus poſt eum negocia. in hoc præſenti capitulo Procuratores & per diuerſas prouincias